



**I**Talicus patrem habuit Flauium & matrem Ca-  
 lthomari principis Cattorum filiam, patrum  
 autem Harminium, qui Romanam legionem an-  
 tea trucidarat. Is sub Tiberio Nerone Romam ue-  
 nerat, atque ibidem uirtutibus incumbibat, unde  
 & Italicí cognomen acceperat. Cum autē interea  
 Cheruscorum nobilitas assiduis cum Romanis  
 bellis maiori ex parte interisset, Germani hunc  
 Italicum sub Claudio Cæsare, tanquam unicum  
 de regia stirpe relictum, principem petierunt. An-  
 no post Christum natum circiter quadragesimū  
 quintum. Itaque Claudius Cæsar eum pecunia  
 auctum, & stipatoribus additis, liberaliter dimi-

lit. Hic itaque apud suos principatum adeptus, militarem disciplinam restau-  
 rauit, atque sese contra omnes aduersarios fortiter defendit. Fuit hic Roma-  
 nis amicus. Itaque aliquos à Variana clade adhuc captiuos liberè dimi-  
 lit. Hinc factum, ut is in locis Italicí prudentia aliquan-  
 diu pax conseruata fuerit. Auent. lib. 2.